



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 102. Pax cum Calvinistis a Galliarum Rege sancita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

esse, ac satis fore, ut Pontifex, si de sententiis eorum hac in re prolatis edoctus fuerit, ipsos ejus auctoritati minime adversari cognoverit: cum non oporteret ignavam hanc Italorum adulationem imitari, dicentium, *nobis quod nostrum est, ille det, & nos dabimus, quod suum est.* (*) Tum in querelas prorupit, quod dicerentur Episcopi respectu Summi Pontificis, esse tanquam Vicarii Pontificis, adeoque illos amoveri posse Superioris arbitrato, ad quod Pattenis Episcopus reposuit: id dictum non esse, sed solum licere Summo Pontifici cum Episcopis concurrere in propriis ipsorum Ecclesiis.

Verum hac in re suam quisque sententiam tuebatur, atque disputatio acrius fuisset accensa, nisi Paccensis Episcopus prior silentium sibi imponisset, ne Granatensis Archiepiscopi animum magis irritaret.

§. CII.

Pax cum Calvinistis a Galliarum Rege sancita.

Pallao. l. 20. Ferventibus hisce disputationibus, quibus Synodi Patres agitabantur, Galliarum Rex pacem cum Calvinistis redemit
6. 10. n. 1.
Rayn. ann. tom. 21. hoc ann. v. 55.

(*) Hæc rursus Continuator depravata adduxit ex Pallavicino,

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

demit conditionibus Franciæ Regno indignissimis. (*) quippe inter alias Rex hisce hæreticis publice suam festam profitendi, ac conventus agendi libertatem concessit, declaravitque, quod illos tanquam fideles ac probos subditos reciperet, ac quicquid in priori bello gestum fuisset, ex pia erga eos voluntate processisset. (**)

Hæc pax insciis Guisiis, imo iis etiam graviter exinde læsis inita fuit, incassum querentibus Clericis, qui fidei veritatem exinde acerbe oppressam cognoverant: cum igitur ejusmodi concordie articuli vehementer Lotharingii Cardinalis, qui ex eadem Guisiorum familia descenderat, animum offenderent, hinc Gualterius captata exinde occasione illum ab immodico Gallorum studio dimovere, eumque firmitus summo Pontifici, ac Curie Romanæ addicere, totis viribus nitebatur, hancque in rem gravibus verbis hortabatur Senonensem Archiepiscopum, ut & ipse Cardinalem suum amicum ad suas partes

N 3

(*) Addit Pallavicinus, & Religioni summe perniciosus.
(**) Ceteras hæc conditiones, quas Continuator referre fors erubuit, vide sis apud Sarpium lib. 7. fol. mihi 1199. edit. Lipsiensis & 1690.

LXIII.
i de fen-
edoctus
ime ad-
porteret
ationem
nostrum
od sum
it, quod
Summi
i Ponti-
osse Su-
attenfis
non esse
fici cum
iporum
que fen-
tatio a-
fis Epi-
impo-
episcopi
iarum
us, qui
ar, Gal-
stis re-
demit
epravat

Pallav. c. 10.
Senon. p. 1199.
Sarpium lib. 7. fol. 1199.
Lipsiensis edit. 1690.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

tes pertrahere studeret: verum ambo
oleum operamque perdiderunt.

§. CIII.

*Melitenfis Orator Tridentum adven-
tans.*

Sub idem ferme tempus Tridentum
venerat Melitenfis Orator, ubi circa
loci prærogativam quædam rursus con-
tentio oriebatur.

§. CIV.

*Responsum Pontificis ad Hispaniæ
Regis mandata.*

*Pallav. c. 10.
num. 3.*

*Vertot. hist.
de Malte
tom. 3. l. 12.
pag. 415.*

Cum exigua hæc altercatio fieret,
interea summus Pontifex Ludovico
Avilæ supremo Alcantaræ Commen-
datori, qui a Philippo Hispaniæ Rege
ad Papam decretus erat, respondit
hujus autem mandata sequentis erant
tenoris: Pontifici sedulo exponeret ea
omnia, quæ Rex in Synodi favorem
egisset, ac quod plurimum Hispaniæ
Nationis interesset, ut nihil ibidem au-
toritati Regiæ, aut subditorum com-
modo noxium decidatur: Rex vero
Ecclesiasticorum morem emendari, ac
plurimos abusos non sine Religionis
dedecore irrepentes tolli percuperet,
simulque peteret, ut in decisionibus
hæc clausula proponentibus Legatis dele-
retur, de cetero autem Rex Catholi-
cus